



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtvte
Et Statv Religionis**

Qvo Quid Contineatvr, Index proximus indicabit

De Obligationibus Religiosorum ex Regula, Prælatione & subiectione
regulari prouenientibus, De varietate Religionum tam in genere, quàm in
specie, De Religione Societatis Iesv in particulari

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1626

III. Quomodo dignoscatur regulam obligare, quando id non exprimit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93501](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93501)

declarationes, aut ordinationes, exceptis tantum Societatis votis, non inducere obligationem ad peccatum mortale, vel veniale, nisi addantur expressa signa huius obligationis, ubi ponuntur haec duo, *in nomine Domini nostri Iesu Christi*, vel *in virtute obedientiae*, tanquam specialia religionis. Supponitur autem aliud signum de poena excommunicationis, ut generale ex vi iuris communis, quo interdum etiam vtuntur constitutiones Societatis, vt infra videbimus. Est autem peculiare in illa declaratione, vt nullo modo in ea fiat obligationis ad poenam, & in tota regula Societatis hoc specialiter obseruari potest, vt rarissime poena aliqua taxetur, neque illius comminatio fiat, sed simpliciter quae agenda sunt, statuuntur. Quod non ideo fit, quia ex regulis ipsis non sequatur obligatio ad aliquam poenam, hoc enim, vt diximus, ex natura rei sequitur, & ad disciplinam religiosam necessarium est, quae in Societate exacte retinetur appositus per Superiores poenitentis pro leuissimis etiam contra regulam transgressionibus: sed voluit nobis significare S. P. N. Ignatius, primo alumnos suos amore potius, quam timore regendos esse: vnde in citato loco concludit, *& loco timore offensa succedat amor, & desiderium omnium perfectionum, & maior gloria & laus Christi creaturis, ac Domini nostri consequatur*. Deinde voluit vt quando contingit aliquem in regula obseruatione deficere, non solum patienter sustineatur poena, sed etiam voluntarie ac studiosè procuretur: ideo p. 3. constit. c. 1. §. 25. & in summario constit. §. 51. aliquoties inquit *si singulis annis omnes à Superiore sibi poenitentias imponi propter defectum obseruationis regulam priuant, vt haec cura iudicium sit illius, quam de suo profectu spirituum sua via Dei quisque habet*.

CAPITULUM III.

Quomodo degnoscat regulam obligare, quando id non exprimit.

Quartus modus ferendi regulam religiosam propositus praeced. c. n. 8. atque in praesenti separatim tractandus, quia vbiorem doctrinam continet, vbi sunt ab antiquis Patribus, simpliciter enim regulam constituebant, & modum obligationis eius non declarabant: ideo difficile est iudicare quae obligatio ex tali regula nascatur in profitentibus illam, non ratione voti adiuncti (de hoc enim iam supra dictum est) sed ratione sui, quatenus est quaedam lex talis communitatis, quam seruare tenentur qui efficiuntur membra eius. Et est ratio dubia, quia regula est vera lex, vt supra dixi, & vtitur propriis verbis praepceptiui: ergo obligat cum omni rigore legis, id est, ad peccatum etiam mortale, quando materia est capax. Consequentia probatur ex declaratione Pontificis in dicta Clement. *Exiuit*. vbi ex eo quod S. Francis. in sua regula ad quaedam apponit verbum praepcepti, vel aequipollentis, colligit obligationem eius sub culpa graui. Minor autem patet ex regula Augustini, in cuius initio ponit, *Hac sunt quae obseruari praecipimus in monasterio constituti*. Et in fine ait, *Vbi vos inueneritis ea, quae scripta sunt, facite, quae gratias Domino: ubi autem sibi quicumque vestram viderit aliquid deesse, doleat de praeterito, caveat de futuro, vt debetum dimittatur*. in quibus verbis significat, hunc defectum in regula non esse absque culpa coram Deo. Et S. Benedictus in Prologo suae regulae sic incipit, *Ausculat o fili praepcepta Magistri, &c. de ratione, cap. 2. Vniuersa Benedicti instituta non profitentibus quidem monita tanquam solum consilia censenda sunt, nec praecipiendi non obseruata, cum tamen profitentibus in praecipio, praecipientibus in crimina fiant*. Regula etiam S. Pachomij sic incipit. *Hae sunt praepcepta vitalia à tribus maioribus tradita*.

In hac re tres possunt esse sententiae. Prima est, huiusmodi regulam vi sua, & ex primaria intentione instituentium obligare ad culpam quantum potest iuxta vim verborum, & capacitatem materiae. Pro qua sententia citari possunt Hiericus & Ioannes de Neapoli, quos supra retulimus, qui magis videntur loqui ratione voti, quam in virtute legis. Hae verò sententiam circa regulam Augustini ferè sequitur Antonin. 3. p. tit. 16. c. 1. §. 6. & de regula S. Benedicti ex parte idem tener Turrecremata tract. 5. & 6. in illam, ubi ponderat verba Prologi, *Ausculat o fili praepcepta Magistri, &c. admonitionem sui patris libenter excipe*. Ex quibus colligit regulam obligare quoad praepcepta cum toto rigore, quamuis quoad admonitiones non ita obliget. Quoad modum autem distinguendi obfcurè loquitur, quia non ex verbis, sed ex materia putat esse distinguenda; nam si contineant finem regulae, vel sint essentialiter necessaria ad illum, non putat esse praepcepta, etiam si per modum praepcepti ferantur. Ex qua declaratione: si rectè attendatur, nihil firmum colligi potest, sed potius ex illa sequitur regulam vt regulam non inducere obligationem, sed res ipsas, quae continentur in regula, aliando asserre obligationem, vel ex natura sua, vel ratione voti. Et in idem ferè redit sententia Antonini, vnde nullum inuenio auctorem, qui hanc sententiam expressè asserat, quamuis multi Canonistae illi faueant, dum asserunt regulam religionis, si vtatur verbis praepceptiui, aut aequivalentibus, & materia aliàs grauis sit, obligare ad mortale, nullà ferè in hoc differentiam facientes inter praepcepta regulae religiosae, & qualibet alia praepcepta iuris canonici, vt videre licet in Panorm. in c. nam concupiscentiam, de Constit. & in c. relatum, ne clerici vel monachi. Felino in dict. c. nam concupiscentiam, n. 9. & alij quos referunt, putantque esse sententiam D. Thomae 2. 2. q. 186. art. 9. quia ibi ait regulam obligare ad mortale ratione praepcepti, si in ea sit expressum: quia tunc pertinet regula ad substantialia religionis, scilicet ad votum obedientiae, quod est fundamentum doctorum auctorum. Non declarat autem D. Thomas quando regula contineat praepceptum. Et eodem ferè modo loquitur in quodlib. 1. art. 20. vbi distinguit in regula tria praepcepta, statuta seu ordinationes, & monitiones seu consilia; & quoad praepcepta affirmat obligare sub mortali, quoad alia negat: non tamen declarat quomodo obliget statuta, aut monitiones, nec quomodo illa tria sint in regula distinguenda, an ex verbis, vel ex rebus.

Secunda ergo opinio esse potest, regulam religiosam, si de obligatione eius nulla fiat in ea generalis declaratio, nullam obligationem ad mortale peccatum inducere, quantumcunque verbis praepceptiui vtatur, nisi vel aliquo speciali verbo ostendat ferre praepceptum sub virtute voti obedientiae, vel talem addat poenam, quae planè indicet lapsum grauem, vel nisi consuetudo ita fuerit regulam interpretata, nihilominus tamè obligare ad omnia, quae in ipsa continentur sub veniali. Prior pars probatur primo ex discursu D. Thomae in illo quodlib. nā sancti Patres, qui religiones instituerunt, noluerunt hominibus iniungere damnationis laqueum, sed potius viā salutis ita ordinare, vt illius periculum esse non posset: ergo non habuerunt intentionem multiplicandi praepcepta obligantia ad mortale, nam illa non possent non esse in laqueum respectu totius communitatis, in qua plures infirmos & fragiles esse necesse est: ergo quoties verba omnino non cogunt ad intelligendum huiusmodi fuisse intentionem fundatoris, praesumenda non est. Secundo id colligi potest ex ipso nomine regulae, quod de se non vèdicat rigorosam vim praecipendi, sed dirigendi, & instruendi. Vnde, licet sub generali regula in aliquibus particularibus ponatur verbum imperandi, vel in actu signato, vt

IV.

Arguitur
sicut ratione
Prima.

Secunda.

V.

Tertia opi-
nio, eiusque
fundamen-
3477.

Inter has sententias difficile est ferre iudicium. ^{VI.}
difficile est intentionem auctoris vniuersalius re- <sup>Auctoritas re-
gula coniectari. nam simplicia verba verba ad hoc precepta
non sufficiunt, vt generaliter dixit Nauarr. di. c. ij.
Summa. n. 50. & in religiosa regula precepta specia- <sup>re-
ligio-
sum aliq-
uod</sup>
les rationes maxime locū habet, vt omnia adducta
declarat. Hęc autē ipsa difficultas satis persuadet,
quod ad obligationē peccati mortalis attinet, ad-
mittendam non esse in regula, nisi vel apertē conti-
neat materiā voti, vt est apud Augustinum illa; *Nō
dicaris aliquod proprium, sed fides vobis omnia communis,*
vel nisi contineat materiā aliā per se necessariā,
vel illi illud apud eundem August. *Vbi quicquid femina
fuit, iunxit me vestram pudicitiam custodisse; & illud, Qui
confitio, vel male dixi, vel criminis obiecti aliquem lesi,
meminerit satisfactionem, quantorū curare quod fuit: &
ill, quid lesus est sine deprecatione dimittere.* Vel denique
nisi speciali aliquo signo, aut spiritali pœna neces-
sitas præcepti sub graui culpa apertē significetur,
cuius membri exemplum in regulis Basilij, Augusti-
nij, aut Benedicti non inuenio, neque in regulis Pa-
chomij, neque in illis, quæ circumferuntur nomine
Hieronymi, neque in regula Carmelitarū alia ver-
ba etiam in rigorosis seu propriē dictis legibus
non solent grauem obligationem indicare.</sup>

Solum facit nobis negotium regula S. Francisci, præsertim addita expositione Pontificis, in d. Clem. *Exius*, Sed, si attentè expendantur verba & circumspectè illius regule, faciliè intelligetur nihil obfistere de determinatè: nam tæ tantum in illa d. dictam determinatè: hic modus loquendi, *Firmiter præcipi*, in quo Pontifex declarat rigorosum præceptum indicari, & merito, tui qua in tribus illis locis sermo est de materia trium votorum, in c. 4. de pauperibus, in 10. de obedientia, in 11. de castitate. Tum etiâ, quia ille modus exaggerationis, *Firmiter præcipi*, indicat obligationem, & (vt sic dicam) voti firmitatem. Tum etiâ, quia in illa regula valde accurate

distinguit Sanctus modum loquendi quando vult præcipere, vel quando vult tantum monere aut exhortari, vel cõsulare. Est etiã aliud in illa regula peculiarare, quod in ea sit promissio seruandi talem regulam: ex qua promissione colligit Pontifex, rigorosam obligationem regulam quoad ea quæ sub dictis verbis præcipit. Præter illa tamẽ tria loca, sunt alia, in quibus ponuntur hæc verba, *teneantur*, vel *non debeant*, quæ Pontifex fatetur in rigore non æquiuale- re verbis præceptiuis, ibi: *Et fratres nō ad omnia, quæ sub verbis imperatiuis modi ponuntur in regula, sicut ad præceptum seu præceptis æquipollentium obseruantiam teneantur; expedit tamen, &c.* Vnde quæ postea ipse declarat ha- bere vim præcepti, speciale est ratione materiae, v. g. voti paupertatis, vel alterius similis in eis contenti, vel etiam ex circumstantiis, & consuetudine ac tradi- tione illius ordinis, quæ ita intellexerat, & obser- uauerat illa præcepta, vt de ieiunio, & similibus.

VIII. Quod vero spectat ad obligationem peccati venialis, non est multum contendum: quia vix posset separari venialis culpa à transgressione regulæ, vt statim dicam. n. 12. Et ideo verisimile est, vbi ex- pressè nō excluditur hæc obligatio, induci per pro- pria statuta & constitutiones regulæ. Dico autem, per propria statuta, propter distinctionem D. Thomæ, quæ valde notanda est, quia in regulis miseri solent alia quæ sunt purã cõsilia, quæ ex omnium sententia nullam obligationem inducunt, sicut in lege Eu- angelica sunt cõsilia nullam obligationem indu- centia, vt præter Hieronymum supra citatum ex- plicat Augustinus de Sancta virginitate, c. 4. Et op- timè Chrysostomus tom. 4. hom. in id, *Salutate Pri- scillam, & Aquilam*, quæ habetur post commentariũ in Epist. ad Rom. Discernere autem illa duo inter- dum est facile ex verbis, vt clarius patet in regula Francisci, quàm in aliis: interdum verò ex materia, & ex modo doctrinæ, quæ potius præponitur per modum recordationis, quàm ordinationis, vt est in regula Benedicti statim in principio, *Abbas semper memisse debet*, &c. & alia multa similia sunt in illa regula, & nonnulla in regula Augustini, quantum in ea frequentius ordinando & statuendo loquatur. In regula autem Basilij, prout in eius operibus hũc habetur, etiam si quædam habeant nomen regula- rum, & alia Constitutionum, omnes traduntur ma- gis per modum doctrinæ & consiliorum, quàm sta- tutorum: tamen in regula Carmelitarum, quæ cen- setur esse Basilij, distinctè ponuntur prius statuta, & postea exhortationes, quæ vt plurimum tantum continent consilium, vel cõmemorationem Eu- angelicæ doctrinæ. Hæc ergo cõsilia, & exhorta- tiones per se nullam obligationem inducunt, præ- ter tam, quàm ex natura rei vel ex Euangelio habet- res, de quibus sunt. Statuta verò videntur inducere obligationem saltem sub veniali culpa, vbi aliud non explicatur. Quamuis multum in hoc valeat cõ- fuerudo, & communis sensus religionis: nam ad in- terpretandam legem plurimum valet, & ideo pos- set ei adicere obligationem, vel tollere.

Atque hæc distinctio inter statuta & cõsilia no- tari etiam potest in illis regulis, quæ expressè exclu- dunt obligationem ad culpam etiam venialem. nã statuta illarum obligabunt ad penam: mera autẽ cõsilia neque etiam ad penam videntur obliga- re, quia nullam omnino necessitatem inducunt, a- liis non haberent in quo ab statutis talis regulæ di- stingerentur. Imò in religione Prædicatorum vi- detur non incurrere debitum penæ; nisi per trans- gressionem regulæ imponentis & taxantis illam; quia declaratio generalis est, vt regulam solùm obli- get ad sustinendam penam taxatam in ea. Vnde so- lum illa capitula regulæ, & Constitutiones, quæ sub pena aliquo modo taxata aliquid ordinauerint, habebunt rationem statutorum, reliqua verò erũt

mera cõsilia, nisi ex eis, vel ex vsu constet propter eorum transgressionem solere Prælatos penitentias iniungere suo arbitrio taxandas, nam hoc satis erit vt habeant vim statutorum.

Vnde in Societate cum nulla sit ordinariẽ obli- gatio ad culpam, nec taxatæ penæ comminatio, om- nes regulæ & constitutiones censentur esse non tantum cõsilia, sed statuta, quia de omnibus exi- gitur perfecta obseruantia in eisdemmet Constitu- tionibus, 6. p. c. 5. & p. 10. §. 13. & pro cuiuscunq; trans- gressionem possunt Prælati accommodatam peni- tentiam iniungere. Quare vix possum in eis distingue- re cõsilia ab statutis, nisi fortasse ex parte materiæ. Nam in regula Societatis multa sunt, quæ solum generaliter componunt interiorem hominem, & nihil externum, aut in particulari seu certis tẽpo- ribus agendum statuit, vt cum dicitur, curandum esse ei qui Societatem ingreditur, vt omnem carnis as- fectum erga sanguinem iunctos exuat, & illum in spirituales conuertat. Et illud, Diligenter animaduertant oportet quod a- topere iunct ad vii spiritualia profectum omnino & non ex- parie abhorre ab his omnibus, quæ mundus amat, & am- plectitur, &c. & similia multa, quæ in Summario Cõ- stit. collecta sunt. Reliqua verò omnia, quæ aliquid determinatè agendum ordinant, vel prohibent, propria statuta sunt, quæ necesse est aliquo modo versari circa exteriores actus; nam licet etiam den- tur statuta de actibus mentalibus, tamen quatenus ad illa præscribunt certum tempus, in quo postulat vacationem ab aliis actibus externis, respiciunt etiam exteriorem obseruantiam. Ita ergo possunt ali- quo modo in illa regula statuta à cõsiliis distingui: ita tamen hoc est accipiendum, vt etiam illa, quæ dicuntur cõsilia, censentur specialiter propolita professoribus huius regulæ, vt & ad illa aspirare de- beant, & secundum illam seu in ordine ad illam regi à Superioribus possint, & ordinationes recipere: vnde solum videntur ab aliis in hoc differre, quod defectus vel imperfectiones contra illa puniri non possunt: quia pro actibus internis nullus ab homine iudicatur, vel punitur, etiam si puniri possit pro ex- ternis defectibus, qui illam internam imperfectio- nem indicant: vel etiam per voluntariam confes- sionem talis defectus interni extra Sacramentum factam, possint per correctionem religiosam tales defectus puniri. Et ad hoc etiam extendi posset illa regula Societatis, quæ iubet aliquoties postulare penitentiam propter defectus regularum. Atque in Summa- ita in Societatis instituto seculis rigorosis præce- ptis, quæ præter vota ferè nulla sunt, parua est inter cõsilia & statuta distinctio.

Vltimò dubitari hic potest, quomodo transgres- sio statuti seu constitutionis sine legitima causa ex- cusante facta possit non esse aliquod peccatum. Nã eo ipso quod aliquis est membrum alicuius Reipub. obligatur in conscientia ad seruandas leges eius: sed statuta & constitutiones sunt leges huius reli- gionis, ergo eo ipso quod quis est membrum reli- gionis, obligatur in conscientia ad seruandas illas: ergo non potest vitare peccatum saltem veniale in earum transgressione, nisi ex dispensatione, vel iu- sta epikeia. Confirmatur, nam turpis est pars, quæ dis- cordat à toto: quæ proportio sufficit ad culpam ve- nialem, iuxta vulgarem sententiam Augustini cõ- munitè receptam in materia de legibus: sed hanc improprietatem incurrit religiosus quoties ex pu- ro arbitrio aut negligentia transgreditur regulam: ergo. Propter hæc dicunt aliqui, religiosum trans- gredientem quodcunque statutum regulæ, etiã mi- nimũ, non excusari à culpa veniali, quantumcũ- que institutor expressè declaret regulam non obliga- re etiam ad veniale. Quia licet per se & directè obli- gare nolit, non potest excludere naturalem obliga- tionem, quæ indirectè sequitur, posita lege. Sicut legif-

X. Quomodo item in So- cietate.

In Summa- rio §. 8. & 11.

Temperan- tur proximo dicta de So- cietate.

XI. Dubitatur an reuera frangi possit regula non obligans ad peccatum, absque om- ni peccato. Ratio dubia sandi.

Eius confir- matio.

legislator quantumcunque nolit se obligare, teneatur seruare legem à se latam ex illo principio naturali, *Patere legem, quam ipse tulerit*. Vel sicut dispensatus in lege positua valide & sine causa, peccat, saltem venialiter, vtendo dispensatione ratione illius principij, *Turpis est pars*, &c.

XII. Sed hæc sententia mihi nō placet, quia repugnat menti & intentioni talium religionum, & authorū earum, & inuites reddit conatus eorū: quid enim refert propter maiorem securitatē, & ad tollendos laqueos nolle directē obligare ad culpam veniale, si eo ipso necessariō inciditur in eandem obligationem alio titulo, præsertim cum id sine sufficienti fundamento dicatur, vt ostendam. Dico ergo, facile intelligi posse in hac transgressionē, per se loquēdo, non esse culpam venialem, licet per accidens frequenter incurratur. Declaro vtrumque distinguēdo duplicem transgressionem, per commissionem, vel omissionem: & in vtraque distinguendo duo, scilicet opus, & quod sine licentia fiat, & omittere petitionem licentiæ ad id faciendum. Quando ergo actus qui fit, est prohibitus per regulam, & supponitur nō malus de se nec per Ecclesiasticam prohibitionem (alioqui habebit aliunde malitiam non ex regula) tunc considerandum est motiuum propter quod fit talis actus: nam si illud re vera est honestum, actus nullum peccatum erit; quia sola oppositio ad regulam, vel omisio petitionis licentiæ, non est circumstantia sufficiens ad vitandum actū, cum non sit talis prohibitio, quæ ex intētionē prohibentis reddat actum malum, quia hoc ipse declarat cum dicit nolle obligare in conscientia. Quia verō ratio contingit religiosum operari ex motiūo honesto quando operatur contra regulam, sed ex aliqua otiositate, vel delectatione; ideo frequenter hoc non fit sine culpa veniali.

XIII. Idem cum proportionē dicendū est de omissionē regulæ contrariæ, nam ex illo capite non est mala solum quia prohibita, & ideo non est per se mala: per accidens autem erit ex voluntate quæ est voluntaria. Quod duobus modis esse potest, scilicet, vel in actu positiuo, qui est causa eius, vel in se. Priori modo iudicanda est iuxta qualitatem actus: vt si quis omittit orationem hoc tempore iniunctam per regulam propter studium, considerandum est quo motiūo vacetur studio: nam si fit honestum, & cum aliis circumstantiis intrinsecè requisitis ad talē actum, ex solo capite illius omissionis non est malum, quia ipsa omisio per se mala nō est, & ita nullum ibi interuenit peccatum. Quia verō motiuum honestum non inducit ad agendum contra regulā, ideo frequenter talis actus est culpabilis ratione extrinseci huius. Quod si omisio consideretur vt in se voluntaria, subdistinguedum est, nam potest esse voluntaria tantū indirectē, quia non aduertit, quāuis posset: & tunc censio semper excusari omnem culpā in tali omissionē, etiam si interueniat aliqua negligentia in considerando; quia hæc ipsa negligentia, licet sit minus perfectā, nō est mala, quia nec est intrinsecè mala, neque interuenit prohibitio, quæ reddat illam malam. Imō, licet illa inaduertentia vel negligentia proueniat ex præcedēte occupatione alias culpabili, non fiet inde omisio mala: quia illa præcedens culpa non est causa talis omissionis, & licet sit causa eius, non inde aggrauatur in malitia sua, cum aliunde ipsa omisio in se mala non sit. Potest denique ipsa omisio esse directē & in se voluntaria, vt si quis nolit, v.g. orare: & tunc licet obiectum illius volitionis non sit malum, quia illa omisio in se mala non est: de ipso tamen actu volendi seu nolendi, prout in indiuiduo fit, iudicandū est iuxta motiuum eius. nam si fit honestum, etiam voluntas erit honesta: si autem fit turpe, erit voluntas mala: si denique sit indifferens, vt delectatio ali-

qua, vel fuga alicuius laboris, actus erit in indiuiduo otiosus, & consequenter peccatum veniale. Et huiusmodi frequentius esse solēt tales omissiones, sunt enim ex quadam animi repiditate ad superandam aliquā difficultatem; & ideo practice vix sunt sine aliqua culpa veniali, non propter obligationem regulæ, sed propter irrationabilem volendi, vel nolendi modum in indiuiduo. Quod patet, nam in actibus etiam confiliorum contingere potest hic modus peccandi venialiter, vt si quis directē nolit esse religiosus otiosus, & sine vlla rationali causa habendo hunc actum.

Idem iudicium est de omissionē petendi licentiæ, quæ semper coniungitur cum huiusmodi regulæ transgressionē, imo in illa maxime consistit. Nam si actus præscriptus à regula omittitur, vel contrarius heret cū licentia Prælati, non esset transgressio, ergo si quid malitiæ est in tali actu, videtur maxime consistere in non petenda licentia. Considerandum ergo est, quomodo omittatur eius petitio, an directē, vel indirectē, & applicanda est doctrina tradita: nam hæc etiam omisio in se mala nō est, cum obligatio ad talem licentiam petendam solum sit ex regula, quæ ad culpam non obligat, vt supponimus. Potest etiam interdum contingere, vt petita licentia, & non obtenta quis operetur, vel mittat contra regulam: & tunc est nonnullum periculum contemptus, de quo statim disputabimus sequenti cap. secluso autem contemptu, etiam tunc non est per se mala illa operatio vel omisio, sed iudicandum de illa est iuxta motiuum operandi, & regulas positas; quia etiam tunc actus non est intrinsecè malus, neque etiam interuenit sufficiens prohibitio, quæ illum reddat malum: suppono enim Prælatum negando licentiam non imponere nouum præceptum obligans in conscientia, nam tunc esset noua obligatio, sed non ex vi regulæ.

Ad rationem ergo dubitandi respondetur, membrum communitatis obligari quidem ad seruandas leges communitatis, nō tamen aliter quā illæ obligent: si ergo illæ ita sunt impostæ, vt in conscientia non obligent, nemo suscipit maiorem obligationem eo quod talem statum profiteatur. Ad confirmationem respondetur, cum dicitur turpem esse partem, &c. si per hoc significetur operatio contra rectam rationem, intelligendum esse illud principium quando pars non conformatur toto in obseruatione legis obligantis in conscientia, quia tunc huiusmodi lex continet rectitudinem rationis necessariam ad honestatem morum: & ideo in presenti nō habet locum hoc principium ita intellectum, sed ad summum potest dici religiosus transgressor regulæ esse imperfecta pars, atque adeo turpis latiori modo, quia imperfectio latius patet quā venialis culpa. Posset etiam incurrere turpitudinē peccati ex illo principio ratione scandali, & infamix religionis, & pro illius qualitate erit maior vel minor turpitudine. Denique alio etiam modo potest hæc pars turpis vocari, si velit ita esse transgressor regulæ, vt non subiaceat poenæ seu disciplinæ religiose: nam in hoc iam discordaret à toto in eo, ad quod in conscientia tenetur, vt supra explicatū est.

CAPVT IV.

Verum Religiosus teneatur sub præcepto ad non contrariam regulam, & consequenter an teneatur ad progrediendum in via perfectionis secundum regulam.

Communis sententia Doctorum est, quāuis religiosus non peccet per se transgrediendo regulam, si tamen id faciat ex contemptu, esse peccatum mortale.